



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

Liber X. De personis extra legitimam coniunctionem natis, & nominatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

aliud matrimonium: quippe quod receptum sit, expresse donan-
tem hoc posse prohibere, permittendo expresse, vel tacite, vxori
vel viro, cui relinquitur ad alias peruenire nuptias, vt eo modo etiam
si nubant, propria habeant, Bald. in l. 1. de sec. nupt. C. & in l. si
l. um quem habentem fam. erc. glo. in §. duo igitur, cir. prin. ip. titu.
34 in ver. sine vir. de nupt. in aub. ¶ Sicut ¶ & filii quoque, quibus per
secundas nuptias quaeruntur hæc lucra, consentiendo secundo
matrimonio, amittunt hoc privilegium, Angel. in l. non est, P. ad
Terrul. Angel. in §. 1. de non elig. secun. nub. in aub. Angel. in l. mater,
C. ad Terrul. vt virtumque notat, & disputat Franciscus Cremen-
sis, sing. 74. & Ludouicus Romanus, sing. 250. & consil. 219. quod in-
cipit, in Christi nomine ex themate consultationis promissæ. volenti e-
nim non facit iniuria, vel dolus, l. cum donationib. de transact. C. l. 1. §.
vsque adeo, de iniur. in P. l. scienti, de reg. iur. Diximus autem has pœ-
nas priores deferendorum lucrorum, vel potissimum introdu-
ctas: quod prior matrimonium conferretur reliquæ hæc vxori, vt cura
esset illi diligentior liberorum. Atque res subiecta restitutioni,
contentionibus suis, in quorum gratiam inducta est, firma reman-
et, l. quoties, C. de fidei commissis. ¶ Contendit ¶ tamen Ludouicus
35 Romanus, singul. 250. virum non posse remittere pœnas mulieri
transenti ad secundas nuptias intra annum luctus: quia nubat
ita contra bonos mores, vt constat ex l. 1. de secund. nupt. C. dum ad

morum correctionem illam legem pertinere traditur: & quæ con-
tra mores bonos sunt, testamento cauere nequeant, l. iurpia. & l. si
quis inquilinus, §. fin. de legat. 1. Cuius tamen opinio vera est apud
illos, inter quos pœna nubentis intra annum luctus retinetur:
non autem inter nos Gallos, quibus, vt supra dictum est, placuit
cum iure pontificio remitti. ¶ Et ¶ si honestius ducamus, si fieri
per continentiam possit, annum luctus innuptam transigere. ¶ In
pœnis ¶ porro l. hac edit. ali. de sec. nupt. nulla recepta est remissio. 57
Sed hic singulare annexendum est de antiphrasis, seu adiancamen-
to, seu incremento dotis, quæ mulier superuivens marito lucra-
tur, & de dote, quam mutuo in totum vel pro parte lucratur su-
peruivens vxori, ex statuto vel consuetudine locorum, vt Tolofæ:
quod eadem lucra debent seruari solis liberis eius matrimonii,
reperitis nuptiis, nec communicari liberis secundi, facit l. femi-
ne, in princ. & aub. vxore, de secund. nupt. C. §. Gregoriana, vers. per-
speximus, de non elig. sec. nub. in aub. vt notant Baldus, ad aub. vxore,
de secund. nupt. & authent. ex testamento, & in l. generaliter, §. il-
lud eo. Butrigarius, ita consuluit, Franciscus Cremenis, sing. quæst.
172. qui Baldi sententiam, in l. fin. in fin. de bon. mater. quæ videba-
tur contraria, conciliat, vt locum habeat in usufructu,
non in proprietate, quam restituere
cogitur.

DE PERSONIS EXTRA LEGITI- MAM CONIVNCTIONEM NATIS, ET NOMI- NATIS. LIBER X.

De Concubinis. Cap. 1.

- 1 Concubinatus habet umbram & similitudinem matrimonii.
- 2 Pellex est concubina cum vxore, & sine ea.
- 3 Pellex Gellio, concubina cum vxore.
- 4 Concubina Ethiois autiquis vxorato prohibita, permessa cali-
bibus, iure Pandectarum.
- 5 Concubina digna non erat nomine vel honestate matrisfamil. sed
vitiæ.
- 6 Consuetudo habita cum muliere libera, presumptionem facit nu-
ptiarum.
- 7 Concubina que apud Hebræos.
- 8 פלגשחזק pilegesch, seu concubina Rabbini, vxor sine solemnitate
ducta, cuius filii patri non succedebant, nisi in numeribus.
- 9 Concubina ab vxore, ritibus non affectione differebat.
- 10 Concubinas singulas singulis administratoribus prouinciarum, si
vxores non haberent, permittit Alexander Imper.
- 11 Concubinarum intemperatus numerus ante Euangelium usurpa-
tus cum vxoribus.
Commodus habuit 300. In Palmaria quisque que vult. Salomoni
fuerunt 700. & 300. Valdomero regi Mesconitarum, 800.
- 12 Concubinas vnum, vel plures Lituania mulieres pro facultatibus
mariti habebant.
- 13 Concubinam vnum vxori proximum viri permittit lex Solonis,
impotente viro.
- 14 Concubinatus Athenis Demetrio prohibitus.
- 15 Concubinatus iure civili Christiano prohibitus.
- 16 Concubinatus prohibitus iure Pontificio, & omnis coitus extra nu-
ptias: multo magis & clericis.

Egitima ¶ explicata nuptiarum tractatione, incidit
mus in concubinatum, vbi similitudo quædam &
umbra matrimonii apparet: de quo quædam dixi-
mus, dum de ritibus Romanorum circa nuptias, &
de triplici specie vxorum egimus superior. lib. cap. 5.
explicantes concubinam vxorem esse, quæ vñ habebatur. Si qui-
dem solus concubitus proles causa, nulla nuptiarum interueni-
ente solemnitate, interueniebat. ¶ Referam ¶ hæc de re Pauli Lu-
12 rific. verbal. l. Majorius. 1. 4. 4. de verbos. sign. lib. 50. P. quæ ita se ha-
bent: Majorius scribit libro Memorabilium pellicem apud antiquos
eam habitam, quæ cum vxore non esset, cum aliquo tamen vivebat,
eamque nunc vero nomine amicam paulo honestiore concubinam ap-
pellari. Caius Flaccus in libro de iure Papiriano scribit, pellicem nunc
vulgo vocari, quæ cum eo, cui vxor sit, corpus miscet: quosdam eam,
quæ vxoris loco sine nuptiis in domo sit, quam Greci παλλακή vocant,
Laurentius Valla, lib. 6. elegant. c. 48. vtrique sententiæ subscribit, &

verum esse pellicem, seu melius pellicem esse eius, qui vxorem
habet, & eius qui non habet, quod firmat ex cælis. ¶ Gellius ¶ No. 1.
4. cap. 3. tradit pellicem concubinam appellatam, probrosamque
habitam, quæ vincita consuetaque esset cum eo, in cuius manu man-
cipioque alia matrimonii causa foret: quod antiquissima lege o-
stenditur, quam Numæ regis fuisse accepimus. Pellex adem Iano-
nis non tangit, sitangit, Junoni crinibus dimissis agnum faminam
cedit. ¶ Quibus ¶ verbis improbatu concubinatus cum eo, qui
vxorem haberet, etiam iure præco ostenditur, veluti adulterinus:
Sicut & iure Codicis repetita est, post multa secula, huius prohibi-
bitio, l. 1. de concubin. C. Cum tamen concubinatus cum cælibe
permissus fuisset, & extra pœnam iure Pandectarum, l. in concubi-
natus, de concubi. P. ob vitanda adulteria aliorum, & plurium feor-
tationes, malo hoc tolerato, vt maius pelleretur. ¶ Non ¶ tamen
per omnia probato: quando & imminuta honestas eius mulieris
esset, quæ se in concubinatum dedisset: ea enim, nisi liberta esset
patroni concubina, vt matrisfamilias honestatem non habebat, l.
stuprum intelligitur, de rit. nupt. 1. Permissus quidem in l. bertinis
& vilibus petitionis proculdubio concubinatus, dum modo sine stu-
pro esset, hoc est, dum modo cœcubina nō fuisset in concubinatu
alias patris vel filii, vel consanguineæ persone, l. 1. & 2. de concub. P.
De ingenua honestiore aliquando dubitatum, l. 3. eod. Attamen &
Aurelianus Imperator eam posse quoque haberi decreuit, vt au-
ctor Flavius Vopiscus, in Aurel. & idem Iustinianus, leg. si qua il-
lustris, l. 5. §. final. ad Orficia. ¶ Placuit ¶ tamen Modestino, in l. in li-
bera. 2. 4. de rit. nupt. lib. 23. P. iit. 2. facit l. si vicinis, de nupt. C. cum di-
13 stinctione l. in concubinatu. §. 1. de concubin. in P. in libertæ mulieris
consuetudine non concubinatum, sed nuptias intelligendas, si
non corpore quæstum fecerit. ¶ Et ¶ apud Hebræos quoque, inter-
dum concubinæ dictæ sunt ancillæ concumbentes: interdum &
illæ vxores, quæ præter legitimas ritus, & consuetas solemnitates
coniungebantur. Quod & usurpatum nationibus reliquis, ali-
quot exemplis ostendemus. ¶ Rabbini ¶ itaque dicunt in sacris
eloquiis, פלגשחזק pilegesch, seu concubinam eâ esse, vxorē concu-
bitus gratia absque קריירה רבבה chetuba ve kiduffim,
id est scripto vel annali subarratione ductam, cuius filii non suc-
cedebant patri in hereditatem, sed datis muneribus ablegabatur.
Ita Agar Ancilla dicitur vxor Abraham, Gen. 16. Cethura quoque
vxor eiusdē mortua legitima Sara, Gen. c. 25. Veniantur aut postea
cœcubina, dum dicitur, Gen. eod. quod Abraham omnia quæ pos-
sidebat, dedit Isaac filio ex vxore legitima, scil. Sara, filiis autem
concubinatum largitus est munera. Sic iunctæ seruntur coniugio
ancillæ, Gen. 30. Iacobo Balas, & Zelpha, cum tamen vxores legiti-
mæ essent illi Lya & Rachel. Istæque cœcubinæ erant subditæ in do-

mo matrifida. vt obseruauit D. Aug. *lib. 1. q. sup. Gen. 9. 90.* Et ita concubina omnis inter vxores erat, sed non ois vxor concubina erat: Neq; eadem iura vtriusque, nec erat filius ancillae. q̄ in vxore legitimam habere non licebat Iudaeis, vt auctor Iosephus, *li. 4. Antiq. heres cum filio libera, Gen. 21. ad Gal. 4.* Et apud Vlpianū, *li. si vxor non fuerit, ad l. Julia. de adult. in P.* omnis Accursus & sequacium illius nugis, non iusta vxor mihi dicta videtur concubina: is namque com dixisset, non posse quempiam accusare concubinā suam de adulterio, iure mariti, sed iure extranei, subiicit statim: Plane siue vxor fuerit iusta, siue non iusta, accusationem vir instituire potest. Atque hunc esse germanum Vlpiani sensum constat ex versiculo Homero, *Iliad. 9.* per illum adducto,

ἢ ἄλλοι φίλοι ἀλλ' ἄλλοις μαρτυροῦν ἐπιβόων Ἀχιλλεύς, id est,

Non solum diligunt vxores inter mortales Achilleus.

In quo versiculo perpendendum est, loqui Achillem de Briseide, quam se tanquam vxorem diligere ait: respondetque legatis ab Agamemnone, ceterisque Græcis missis, cum tamen eandem non in vxorem, sed in concubinam haberet. Fuitque ob eam ab Agamemnone ereptam, implacabile odium inter hos, vt Agamemnoni postmodum subesse recusauerit, nec is pugnare vellet contra Troianos, donec Patrocli nece nuntiata, ad vindicandum eandem stimularus est. ¶ Proinde ꝑ concubina affectione & dilectione parum, aut nihil, a iusta vxore differebat, sed vinculo illo solemnī & indissolubili vineta, vt vxor legitima, non erat: fiebatque ex sola animi destinatione, *l. 4. de concubin. in P.* si indubitato affectu in vna eademque domo cohabitarent, § *consideremus, ibi talib. enim solis, de trien. Et sem. in ausib.* ¶ Scribit ꝑ Iulius Capitolinus, in *Alexand.* Alexandrum Cæsarem magistratibus: quibus committebat provincias exemplo veterum, si vxores non haberent, singulas concubinas concessisse: quod sine his esse non possent.

- 11 ¶ Antequam ꝑ illucesceret Euangelica veritas, apud omnes ferre nationes concubinatus erat frequentissimus, prolis habendæ vel libidinis explendæ causa, atque vsque ad populum Deo peculiare in abusu regum & procerum serpsit: & cum vxoribus quoq; concubinas habuerunt, neque solum singulas, verum vsque adeo numerosas, vt promonstro sit hanc vsurpatam ineffrem licentiam audire. Per hæc cariores concubinas, quib. abundabant, in thesauris habebat, teste Trebellio Pollione, in *Valeriano patre.* Commodus Antoninus Imperator, *Æl. Lampr. in Commodo Antonin.* qui noctu popinas scetabatur, sibi conciliuit trecentas concubinas, quas ex matronarum meretricumque delectu, formæ ad speculam, delegerat. In insula Palmaria noui obis, licet vnicique portenti, postquam vnam duxerit vxorem, habere pellices quotque voluerit: sed nupta adulterio comprehensa, venditur a marito, primario tamē principi, a quo licet mulieris propinquis eam redimere, *Per. Martyr. lib. noui orb. de insul. nuper inuentis.* Fuerunt Salomoni quasi reginæ septingentæ, vt concubinarum trecentæ, *3. Regum cap. 11.* Apud Saracenos, seu Agarenos, vxores esse mercede conductas testatur Ammianus Marcellinus, *lib. 14.* Scribit Sigisvundus Liber Baro, in *comment. rerum Moscovit.* Valdomierum regem vel ducem magnam Moscouiæ seu Ruthenorum, habuisse vxores plures, & trecentas concubinas in Alcastro, & alias trecentas in Belgrad, & ducentas in Berestouuo.
- 12 ¶ Sed ꝑ mulieres aliquando alicubi concubinos habuerunt, vt alicubi viri concubinas: sicut refert Aeneas Syluius, in *comment. de dict. Et fact. Alphons. 8.* apud Lituanos regionis Mauritaniae iuris Boemici olim, nunc Polonici, vel Sarmatici, mulieres nobiles nuptas, more patrio, vnum pluresve concubinos pro viri facultate nutrire consueuisse, qui marito negligente, onera matrimonii subeant. ¶ Meminit ꝑ Plutarchus in *Solone*, cuiusdam legis ridiculæ Solouis, qui permittebat vxori, si eius vir minus ad rem veneram esset idoneus, mariti propinquos admittere. id tamen probatum fuisse illi, vt non cum omnibus coiret, sed ex mariti necessariis vnum sibi deligeret, ne alienum esset quod nasceretur.
- 14 ¶ Castiorem ꝑ vitam Athenienses exercuisse exemplo vno adduci q̄s possent: Nā Athenis Areopagita, cum Demetrius Demetrii Phalerei, luxuriosus vitam ageret, & Aristagoram Corinthiam amicam domi possideret, vt melius & honestius viueret, imperarunt, vt ait Athenæus, *lib. 4. cap. 20.* ¶ Inter ꝑ Christianos tandem hoc genus concubinatus illicitum habitū est, & prohibitum, cum iure nouissimo ciuili, quia castitatem amplexæ sunt eius leges, § *lud. quib. mod. nat. efficit. sui. Et § sancimus. de lenozib. in auth. & consuetudinem cum honesta muliere, velut nuptias habent, d. l. in liber. a. de rit. nupt. in P.* vel vt stuprum & fornicationem illicitam

pleant, *l. si ea quas tibi, ad l. Jul. de adult. C. ¶ Tum ꝑ preculdubio iure pontificio, omnis concubinatus & coitus extra nuptias improbatū est, & punitus. c. nemo si blandiatur. 32. q. 4. can. de consanguinitate. 35. q. 3. c. 1. 30. q. 5. glof. in c. illud. de presum. apud Gregor. Et in cap. ex parte. de rest. spol. i. i. consensu in vxorem accipiendi probetur, vel in confello sit. Et proinde nemo dubitabit, multo magis concubinas prohibitas esse clericis, quibus & vxores habere legitimas, *l. eum qui, cum auth. seq. de episo. Et cler. C. tot. i. de cohab. cler. Et mul. apud Greg. interdictum est, vt diximus in impedimentis matrimonii.* Admonebo tamen hic, interdum inueniri in decretis, patrum, *can. omnib. cum seg. 34. distinct.* concubinatum permissum. Verum tamen ibi concubinatus accipitur, vt supra diximus, pro vxore, quæ consensu in maritum, & ita matrimonium contraxit: sed quæ ecclesiasticis precibus & sanctis ceremoniis non fuit initiatum, & ita clandestine factum, quod pertinet ad ecclesiam, quia apud eam non constat fuisse contractum, pro non contracto habetur: cum vere tamen contractum sit, *c. cum in habitu. de clandest. de sponsas.* Et sic concubinatus approbatus matrimonium est. Non immorabor autem in recensenda prohibitione diuina, que cum iure Christiano in aperto est, in mandato illo, *Non machaberis*, de quo in c. sequenti.*

De Meretricibus. Cap. 2.

- 1 Meretrix vnde dicta.
- 2 Πόρνη & πόρνη.
- 3 Meretrix quoque dicitur.
- 4 Meretrix presumitur, mulier diuersas ades frequentans.
- 5 Meretricis alia nota, mulierem solam aliquo iure.
- 6 Meretricis alia nota, scholasticum in eius domum noctu & interdum sepe ingredi, & solam alloqui.
- 7 Scholastici frequentantes mulieres, faciunt eas presumi meretricis. *Vidua, cui habitatio relicta, non potest scholasticum hospitium sine nota recipere.*
- 8 Meretrix presumitur in caupona ministrans.
- 9 Meretrix vere presumitur, quæ in lupanari residet.
- 10 Lupanaria olim permissa, & in prædiis honestorum virorum.
- 11 C. Caligula lupanaria in palatio posuit, & veltigal accepit.
- 12 Meretricis publicas permisit Solon.
- 13 Messalina lupanar & luxuria.
- 14 Lupanaria quare olim tuerentur antiqui.
- 15 Scortationes omni iure prohibita fuerunt.
- 16 Meretricem appellans lenius, quam si virginem appellasset, puniatur.
- 17 Meretricis Constantinus tormentis subiicit, & donatis priuat, & posse renouari a donante, vel proximis eius. *Donata meretricibus renouabilia, & num. 10.*
- 18 Emens a vendente, vt det scorto scienter, tunc non est, nec suscipit.
- 19 pro Luxurioso pecuniam vt scorto largiatur accipiente, si deinsor accedens, non obligat sibi luxuriosum.
- 21 Meretrix filius ex hereditate a patre potest.
- 22 Meretricum negotiatio corporis, contra naturam.
- 23 Meretricis apud Persas infamissima. *Donationes in concubinam valebant.*
- 24 Lenones capitali poena puniuntur.
- 25 Leno priuatur possessione earum, quas prostituit.
- 26 Meretricem Iuliam filiam Octauianus relegauit in Insulam.
- 27 Meretricum & lenonum veltigal exigi a Senero, & a Boemis prohibitum.
- 28 Meretricibus ius ademtum acceptandi legata & hereditates a Domitiano.
- 29 Meretricem filiam sepeliri in suo sepulchro noluit Octavianus.
- 30 Meretricis vndis submergi iussit Periander.
- 31 Meretricis in Palmaria morte puniuntur: in Cis nulla: a Scipione castris expulsa: ab Atheniensibus infamia damnata.
- 32 Scortator Athenis non administrat Rempub.
- 33 Lupanaria Bizantii a Iustiano sublata. *Meretricum penitentium seu respicientium monasterium institutum a Iustiano Bizantii.*
- 34 Stuprum filia seuerè a patre vindicatum.
- 35 Scortationis iuris diuini prohibitiones.
- 36 Meretrix pro simplici fornicatione, mæcha pro adultera.
- 37 Meretricis & lenones ab honestis locis & vicinis expelli possunt, & debent.

- 38 Meretricibus vestes distincte. *Judeis a Christianis vestes distincte.*
- 39 Meretrices Roma extra mania in fornicibus. *Sumeriāna uxores sunt meretrices. Fornicari unde dictum.*
- 40 Fornicationis, concubinatibus, stupri, raptus, incestus differentia.
- 41 Scortationis poena natura tandem auctoribus illata.
- 42 Molles, habitus infames.

A Coniunctione & commixtione illicita scortationis, appellationes etiam manantur personarum alia, de quibus pauca subiciere expedit. Meretrix dicta est, *Valla, lib. 4. elegant. c. 110.* a merendo, quod est stipendia facere, id est, mercede militare, nam & ipsa suam militiam exercet, ac stipendia faciunt: unde & scorta macula meritoria, pueri meritorii, qui pretio prostituuntur.

2 Sic & Graecis *πρωτο*, qui corpus suum prostituit, & veluti vendit, quæstus corpore faciens: hinc & *πρωτη* femina, corp⁹ suum pretio prostituens, prostibulum, scortum, utrumque; a *πρωτο*, vendo. Constatque ex Xenophonte, *Sponnens*, dum ait, *τιν τε ο εγω εαν πεισ αποβησιν πορνη τοι βουλομενη, πωρον αυδιν αποκαλυπον*, id est, *Si quis pecunia floram etatis cupiens vendiderit, hunc pornon vocant.* ¶ Est

itaque meretrix, illa quae publice venalem habet pulchritudinem, & meretrices, *z. q. 4.* & ita multorum libidini patet, *c. vidua. z. q. 4. distin.* nec tamen requirimus ad hanc multitudinem implendam, quod glossa in *d. cap. vidua.* quædam explicat, multorum quadraginta tria millia virorum, vel quinquaginta: sufficit enim ad convincendam meretricem, quod cum tribus se commiserit. Sic enim *Vlpianus, l. palam. 43. de rit. nupt. lib. 23. p. tit. 2.* admonet his verbis, *Palam quæstum facere dicimus, non tantum eam, quæ in lupanario se prostituuit, verum etiam si quæ, ut assolce, in taberna cauponaria, vel quæ alia pudori suo non paruit. Palam autem sic accipimus, passim, hoc est, sine delectu, non si quæ supratribus vel adulteris se committit, sed quæ vicem prostituta sustinet. Item quæ cum uno aut altero pecunia accepta, se commisit, non videtur palam corpore quæstum facere. Octavianus tamen rectissime ait, etiam eam, quæ sine quæstu palam se prostituuit, debuisse iis connumerari.* Plautus etiam ait, in *Mosella.*

Matrona non meretricum est, unum in scribere amantem.

4 Sed & quæ non semper prostitutionis habent probationes aperte, ex aliis quibusdam arguitur potest esse aliquam scortum, & meretricem: veluti, si mulier erro sit, & diuersas plurimum ædes frequentet, ut ait *Angelus, in l. si quæ illis, ad SC. Orfic. lib. 6. C. tit. 56.* Proprium quippe pudicæ mulierum, intra proprios lares se continere, non vagari, nec conspectibus virorum apparere, *l. maritus de procur. C. cap. 2. de iudic. in 6.* ¶ De hinc & pro coniectura scortationis est, si mulier aliquo sola eat: sic enim matronæ antiquitus comitem ducebant seruum vel liberum, quæ eas ducerent & reducerent, easque publice & priuatim sequerentur: & meretricum arbitrabantur, comite carere, & pro graui iniuria, comitem abducere vel auferre, *l. i. §. omnino autem iniuriam, & l. item apud Labonem. §. si quis virgines, de iniur. in P.* Lex fuit Charunda apud Thuriis, ut mulieres in forum prodire cum suis

6 cognatis, & vna pedesque, teste *Suida, in Zaleuco.* ¶ Tertio pro probatione certissima est *Baldo, in l. neque natales, num. 1. C. de procurat.* quod aliqua sit meretrix, etsi actus non probetur, si videatur sepsis scholaris noctu & interdum ingredi domum eius, & eam alloqui solam: quæ, inquit, *Scholaris qui loquitur cum puella, non presumitur dicere pater noster.* ¶ Additque *alibi, Bald. in l. non aliter de usu & habit. in P.* mulierem viduam, cui habitatio relicta est, posse a domo repelli, ut inhoneste viuentem, si in eam hospitem induxerit scholarum. Scortationis quoque infamia sequitur ex assidua frequentia, ut ait *Vlpianus, l. item apud Labonem, 15. §. aliud est appellare, de iniur. lib. 47. P. tit. 10.* Sicut in liberæ mulieris consuetudine alibi, in *liberæ de rit. nupt.* dicitur coniugii presumptio: potissimum si iuuenes sint, qui frequentant mulierem, iuxta verficulum, quem notat quædam glossa, *glos. in l. si vero non remunerandi. 12. §. si adolefens, manda. lib. 17. P. tit. 1. Aiuuene & cupido credatur reddita virgo?* ac si dicat, non esse verisimile. ¶ Quarto

8 ea pro quoque meretrix & prostituta, vel prostituenda præsumitur, quæ in caupona ministrandi causa ponitur, *l. in si manci. ita venie. ne prostit. C. Vpia. in l. palam. 43. §. si quæ cauponam exercens, de rit. nupt. P.* ¶ Quinto, vere ea pro meretrice erit, quæ in lupanari residet, & se prostituuit, *d. l. palam, de rit. nupt.* ¶ Fuit enim is locus aliquando etiam inter Christianos ex patientia, ad vitandas matronarum sollicitationes, & supra, & adulteria, permissus, *Hofiens. &*

Panor. in c. inter opera, de sponsa. sicut & olim inter Ethnicos, ut narrat *Vlpianus, l. ancillarum. §. fin. de petit. hered. P.* in multorum honestorum virorum prædiis lupanaria exerceri solita, & inde & reditus illos percipere. ¶ Sicuti & *Caius Caligula* lupanaria constituit in palatio, indeque ex prostitutis primariis formis pecuniam collegit, teste *Dione Cassio, lib. 59.* ¶ Instituta pro quoque publice meretrices a *Solone Philemon* auctor est, ut ea Venere contenti iuuenes, a pudicis sollicitandis absterent. *Messalina* vxor *Claudii Cæsaris, Dio, lib. 60.* valde luxuriosa, publice in Palatio adulteria & supra in conspectum suorum maritorum committere coegit. ¶ Sed & illa, ut ait *Iuuenalis, Satyr. 6.*

*Dormire virum cum senferat vxor,
Ausu Palatio regetem preferre cubili,
Sumere nocturno meretrix angusta cucullos,
Linguebat comite ancilla non amplius vna,
Et nigrum flauo crimem abscondente galero,
Intrauit calidum utri centone lupanar,
Et cellam vacuum atque suam.*

Et paulo post,

*Max. lenone suas iam dimittente puellas,
Tristis abiit: sed quod potuit, tamen ultima cellam
Clauis, adhuc ardens rigida tenigine vuluæ,
Ac respiciua iacens multorum absorbitur ietus,
Et lassata viris, nondum satiata, recessit.*

¶ Voluerunt principes quas castigare non poterant, extracititates pelli, & lupanaria esse: & eo, ut ad festinam malorum, ut fectore sociarum saltem respicerent, inuitas adduci auctoritate eorum qui iurisdictioni loci præessent, quive eas redeuntes in oppida castigarent poena, ut *D. Ludouicus Rex Gallia* statuerat, in principum suarum constit. Et fuerunt, quando illa lupanaria perferebantur, statuta ciuitatum, ut mulier meretrix posset inuita ad lupanar duci: eo enim publico pudore, quæ pro matronis haberi volebant meretrices, metu ne eo ducerentur, aliquando continebantur. Etsi propter maritorum causam, ne in eos forsitan inciesis criminis poena extendere, in meretricibus nuptiis adulterantibus locum non habere placuerit, *Barb. cons. 27. colum. 2. vol. 1. Ripa, in l. is cui, nu. 2. de ver. oblig. Cap. 9. 44. in decisio. Neapoli.* In hanc sententiam quoque *Corn. Tacit. lib. 2. annal.* scribit de *Druis & Germanici* agens temporibus. Eodem anno, inquit, grauius senatus decretis, libido feminarum coercita, cautumque, ne quæstum corpore faceret, cui auus, aut pater, aut maritus, eques Romanus fuisset. Nam *Vistilia* prætoris familia genita, licetiam stupri apud ædiles vulgauerat, more inter veteres recepto, qui satis poenarum aduersus impudicas in ipsa professione flagitii credebant. Moris enim fuit, apud *Ædiles* nomen profiteri: non prostibulis, sed meretricibus, quæ honestioris loci & quæstus, copiam sui noctu tantum modo facerent. Ceteris feminis si deesset accusator publicus, *Ædiles* ipsi probrofam feminam agebant, ut notat *Litius, lib. 25. L. Vilius Tapulum, & M. Fundanum* *Ædiles* plebis, aliquot matronas probri apud populum accusasse, & in exilium egisse. ¶ Veruntamen pro iure omni scortationes & prostitutiones puniendæ veniunt: namque ciuile Pandectarum, neque ei ignoscendum censet, quæ obrepta paupertatis etiam, turpissimam vitam elegit, *d. l. palam, de rit. nupt.* Et *Vlpianus, in l. verum est, 40. de furt. lib. 47. P. tit. 2. qui suppressit,* inquit, scortum libidinis causa, vel fores meretricis eadem ratione effregit, lege *Fania*, vel de vi non tenetur, hic enim turpius facit, quam qui surripit: sed quia secum facti ignominiam compensat, cerie fur non est. ¶ Ex quibus verbis constat, turpius hoc crimen ceteri

16 furto & vi, & infamiam habere: ut non immerito puniendæ censæ leges, leuius tamen si quis meretrices appellauerit vel sollicitauerit, quam si virgines & pudicas matronas, *litem apud Labonem. 15. §. si quis virgines, reiecta ibi glos. in verb. minus, quæ nullo modo puniri ait, de iniur. lib. 47. P. tit. 10.* ¶ Iure & *Codicis Iustiniani,*

17 *Imp. Constantinus, l. 1. de natu. liber. lib. 5. C. tit. 27.* has meretrices, quarum venenis inficiuntur animi perditorum, tormentis subici iubet, ablatis omnibus, quæ illis donata sunt aut liberis ex huiusmodi natis. Facta reuocationis potestate legitima soboli donatis, scortatis, aut fratri, sorori, vel aliis eius proximis. Quæ lege certe leges anteriores merito emendatæ videtur, quibus recipiebatur affectu: nis causa donationes erga meretrices, *Vlp. l. affectionis. 5. de donat. lib. 39. P. tit. 5. nisi,* quod verius puto, intelligamus donationes recepisse antiquos inhonestas in meretrices solummodo, quædã turpis cupiditate scortandi ex parte dantis esset, non etiã si ex parte accipientis, hoc est, valere quædã scortatio secuta nõ est, ex parte accipientis: sic interpretor *Vlpianum*, dum in hæc verba ait, in *l. id. no*

privatur, & praevisum, de lenonibus in aulis, sicuti & is qui passus est in sua domo fallam percipi monetam, l. de falsi monet. C. Itaque & quando lupanaria permilla erant, ea procul ab vicis urbium honestis construebantur, vetitumque meretricibus, vt profolis, aliis mulieribus non commiseri, ne exemplo vel colloquio corrumperent & polluerent, metis egrediendi confuturis, quas citra praenam fustigationis non licebat illis transire.

38 Ad hoc & certa nota illis vel signu impudicitiae definitu, vt quales essent, dignoscerentur, & opprobrio vel respicerent, vel inter matronas non irreperent, ligula Tolosa ab armis dependens symbolum erat. Voluerunt quippe & leges discretum vestitum esse impudicarum mulierum, & matronarum, vt supra diximus, in oneribus matrimonio, in secundo onere: & vetitum matronarum vestes sibi vsurpare, l. mima, de episcop. aud. C. & ibi interp. Vt de Iudaeis quoque inter Christianos degentibus statutum est iisdem rationibus, c. in nonnullis, de Iudaeis apud Greg. § Et r. Roma praestabat meretrices extra moenia vrbis in fornicibus, vnde submoeniana dicitur sunt vxores non illepide a Martiali, lib. 8.

Coniua Zoili quisquis potest esse, Submoenianas coeet inter vxores.

Inde & fornicatrices, fornicari, & fornicatio, a fornicibus vilibusque locis, in quibus debebant iste *χαμνιπαι*, & lupanaria *χαμνιπαι* seu *αγορεια*. Putantur & Gelafius Pap. in cap. lex illa. § cum ergo. 36 q. 1. fornicationem esse omnem speciem illiciti concubitus, est vt plerumque restringatur ad coniunctionem meretriciam: concubinarum, solumque a matrimonio, item & viduarum: non virginum, in quibus proprie stuprum. Quod tamen Iurisconsultis patet, l. inter liberos, §. 1. ad l. Iuli. de adult. P. l. inter stuprum. de verb. signif. c. nemo. 32. q. 4. can. de dolat. v. 28. q. 1. at raptum, aut cum vi: & incestum, cum consanguineis & affinibus. § Natura quoque istos venereos actus tandem in auctoribus punit, sicque Petrus notat, Satyr. 5.

Hic campo indulget hunc alea decoquit, ille In venerem puris. Sed cum lapidosa chryagra Fregerit articulos veteris ramali a fangi, Tum crassos transisse dies, lucemque palustrem, Et sibi iam seris vitam ingemere relictam.

42 Habitu & infames ipsi molles, vt Argyrius Demagogus Athenis, Suidas in Argirio. Audierunt male etiam olim Massilienses ob mollietatem, quod muliebrem in morem vestirentur colligatis capillis, & delibati vnguentis: vnde in effeminatos dictum, *επι μαυαλλας ημεας, ex Massilia venis, Suid. in verb. εα*. Vt pessime etiam infamati ob foeditatem irumationis Lesbii, vnde & prouerbum pro eo, *λασβιου, in inquinare, idem in verb. λασβιου*.

De Filis ex illegitimis coniunctionibus natis.

Cap. 3.

- 1 Natiuitates & mortes personarum quidem magistratus Indorum perscrutabantur.
- 2 Natiuitates puerorum profitebantur Romani cum die & consule in eade Saturni.
- 3 Natiuitas & mortis quoque edicto iussu Franciscus I. Galliar. Rex perscribit tempus.
- 4 Filiorum nomen vnde natum.
- 5 Filiorum diuisio.
- 6 Filii proprie dicuntur ex coniugio legitimo nati.
- 7 Filios, p'ssili norunt ex proprietate sua.
- 8 Filium mater suum cognoscit esse, pater putat.
- 9 Filius adulterinus dignoscitur potest, si lac matris que alii illum, & alium concepit, corrumpitur.
- 10 Filii & liberi idem, sed longius liberorum & parentum nomen porrigitur.
- 11 Liberorum nomen, & de vno tantum filio dicitur.
- 12 Filiorum nomen ad omnes descedentes pertinet. Fratris nomen ad omnes cuiusque gradus pertinet proximis.
- 13 Filiorum naturalium & legitimorum dua species sunt & non sui: & qui illi.
- 14 Filiorum, alii posthumi, alii non: & qui huiusmodi: alii monstruosi, alii non, alii abortiu.
- 15 Filiorum illegitimorum distinctiones, & quid naturalis tantum.
- 16 Filii naturales non erant ex more patris apud Phryges.
- 17 Quibus filius quis Graecis.
- 18 Spurius filius quare ita dicitur.
- 19 Nothi, spurii, & Maneris differentia.

- 20 Maner vel spurius arcebat ab ecclesia, vsque ad decimam generationem.
- 21 Spurius esse, opprobrium est.
- 22 Adulterinus filius quis, num. 24.
- 23 Ex concubitis illicitis impios nasci, & iram Dei concitari.
- 25 Matri non creditur nupte, dicenti filium ex altero, quam marito se generasse.
- 26 Filii habitus suspecti, tanquam non ex marito geniti, maximam notam spuriorum habent.
- 27 Leoychides regno Lacedaemonioru, vt suspectus spurius reiectus.
- 28 Assertio patris, naturalem filium faciebat legitimum, quomodo.
- 29 Filii illegitimi quando censentur, nati etiam ex matrimonio, sed ex publica honestate prohibito, sine Ecclesiae permissione.
- 30 Illegitimi filii quoque, in cestuosi, nasci.
- 31 Illegitimi non censentur filii nati, 7. 8. 10. 11. 12. 13. mense.

A pud Indos, vt scribit Strabo, lib. 15. erant vrbis praefecti tertii ordinis, natiuitates & mortes perscrutantes, & quando & quomodo factae essent: idque tributorum gratia, tum ne bona, maleve natiuitates & mortes laterent. § Roma quoque profitebantur & nomina, diem & consulem natiuitatis pueri edebant, l. cum de etate, 13. & l. penult. de proba. lib. 2. P. tit. 3. l. si minor se maior. dix. l. 2. C. tit. 3. Capitolinus autem ait, *Inl. Capitol. in M. Philo. M. Philosophum primum iussisse apud praefectos ararii in aede Saturni vnum quemque ciuium natos profiteri, intra tertium die nomine imposito: & per prouincias vltim publicorum tabellariorum instruisse, apud quos idem de originibus fieret, quod Roma apud praefectos ararii, vt si quis forte natus in prouincia, causam liberalem diceret, inde ferret. Et alibi ait, *Capitol. in Gordia. Gordianum, filium nomine Antonini illustrasse: cum apud praefectum ararii more Romano, professus filium, publicis actis nomen eius infereret. Non assentior tamen Capitolino, cum hoc institutum tribuat primum M. Antonine Philosopho, qui imperiu adeptus anno domini 163. vt tradunt Eusebius, & Orosius in 7. cap. 15. Ante quem tamen, idiplum receptum Roma testatur Iuuenalis, qui secundum Suidam vixit sub Domitiano, qui adeptus imperium teste Orosio & Aurelio, anno domini 84. vel secundum alios sub Traiano, qui Imperator declaratus anno domini 102. Is autem Iuuenalis sic scribit, *Iuuenal. Satyr. 9. in profopoeia mulieris adultera ad maritum,***

Nullum ergo meritorium est ingratae, ac per se nullum, Quod tibi filiolus, vel filia nascitur ex me? Tollis enim, & libris actorum spargere gaudes Argumenta viri.

Plato, dial. 6. de legib. sanxit pro magistratibus legitime creandis, vt candidatorum vnusquisque in ara Dei nomen suum, & patris, & tribus, & gentis in tabula scriptum deponeret, scilicet tempore quo comitia haberentur. § Statuit & Franciscus primus Rex Galliarum, in regis Francisc. constitutio. anno Domini 1593 artic. 50. § 51. 52. 53. vt quilibet natus & baptizatus nomen suu & patris & matris profiteretur, mortuorum quoque; fieret professio apud curionem, seu parochum, a quo tingeretur, vel vbi sepeliretur, vt certa & mors natiuitas fieret. Cuius tamen constitutio, quod ad professionem natiuitatis pertinet baptizandorum, paulatim abiit in consuetudinem ex consulta conuentione magistratum: quando aliquot mulieres ex turpi concubitu partum edentes, inuentae fuerint potius maluisse partus necare, vel subtrahere baptismum, quam in eo patris & matris nomen fateri.

§ Filii dicti videntur a Graeca dictione, *απο ερω*, ab amore, dicit enim Cicero, ad Atticum, *απο ερω κλην εστι* αδης τα τεκνα, genuinam & naturalem erga filios esse beneuolentiam: vel secundum Alciatu & alios, a nomine *φιλ*, aut vt aliis placet, a filo, id est, similitudine, quod procreati vt plerumque similitudinem parentum referant, & in eam significationem Gellius, lib. 14. cap. 4. filium vsurpauit, dum ait, *Institium ex sententia Chryppi pingi forma & filio virginali, aspectu vehementi, &c. Filo, id est, similitudine.* § Filii, aut legitimi, aut naturales simul sunt, aut naturales illegitimi, aut naturales legitimi, seu legitimi facti, aut legitimi non naturales. § Julius Pollux, lib. 3. Onomasti. cap. 2. duas species ponit, nempe guesios, ex coniugio susceptos legito: & nothos, alii de nothos. Proprie & absolute filiorum pronuntiatio ad eos tantam pertinet, qui ex legitima nati sunt coniunctione & matrimonio. l. filium 6. sumpta gl. de iis qui sunt sui vel alie. ur. li. 1. P. ti. 6. Paul. l. quae semper, de in ius voc. lib. 2. P. ti. 4. auth. nuc. soli. de natu. lib. C. legitimi & naturales simul dicitur: lege & natura matrimonium approbantibus, & ex verissima praesumptione ex alieno con-

alteri est: vel ex eo, qui vxorem habet, & ex inuupta, vel ex ambobus cum aliis coniunctis, c. nemo sibi blandiatur, 3. 2. q. 4. can. lex. §. adulterium, 3. 6. quæst. 1.

23 ¶ Bonifacius ¶ martyr ob istos concubitus illicitos valde iram Dei concitari, scribit regi Anglorum, cano. *si gens Anglorum, 5. 6. dist. in Decreto Grat.* seu Britannia, atque ideo prolem omnigenam impietatis facile inde nasci, cuius verba referam. *Si gens Anglorum, ut ab ipso paganus, inquit, nobis etiam improperatur. Spretis legibus committis, adulterando & luxuriando ad instar Sodomitica gentis, sedam vitam duxeris, de tali commixtione meretricum existimandum est, de genere populos, & ignobilis, & furentis libidine fore procreandos: & ad extremum vniversam plebem ad deteriora & ignobiliora vrgentem, & nouissime nec bello seculari fortem, nec in fide stabilem, nec honorabilem hominibus, nec Deo amabilem esse venturam. Sicut alius gentibus Hispania, & Prouincia, & Burgundionum populus contigit, que sic a Deo recedentes fornicatae sunt: donec index talis criminum vltimas penas, per ignorantes leges Dei, etiam per Saracenos, venire & scire permisi: hac ille. Cui accedit Sapiens, Sap. 3. & can. dicat. 3. 2. q. 4. dum ait. Adulterorum filii in consummatione erunt, & ab iniquo toro semen exterminabitur: & si longa vite erunt, in nihilum computabuntur, & sine honore erit nouissima senectus illorum, et si celerius defuncti fuerint, non habebunt spem, neque cognitionem alio uicium. Nationes enim iniqua, dira, sunt consummationis. Dicitur & alibi, *Fr. ban. in cano penult. vers. quod autem 5. 6. d. si. in c. Ad adulterorum filios paterna flagitia transire, & pro patribus puniendos.**

24 ¶ Tales ¶ adulterini proculdubio existimantur, qui nascuntur ex vxore absente marito per duos vel plures annos continuos: vel si confiter maritum cum vxore non concubuisse, infirmitate interueniente, vel alia causa, vel si ea valetudine paterfamil. fuit, vt generare non posset, vt ex Iuliani & Scæuolæ sententia Vlpianus docet, *in l. filium, c. de iis qui sunt sui vel alieni iur.* Quod si concubuerint simul aliquo tempore ante partum coniuges, ex quo verisimiliter generatio marito adscribi possit, etsi alterius interuenierit alieni viri coniunctio, pro filiis vt illo censentur marito nati, & vt legitimi sint præsumitur, d. l. filium, & l. quia semper, de in ius vocan. P. expresse Pap. l. defuncto, 11. §. defuncto, ad l. Iuliam de adul. P.

25 ¶ Neque ¶ in horum præiudicium creditur matri prostitenti se ex alto quam marito esse concepit, vt ait Scæuola l. penult. de probat. lib. 22. P. tit. 3. Aliunde etiam abijt in prouerbium, vt ait sextus Pompeius Felsus, nec mulieri nec gremio credendum, non dicam, quod illa leuis & incerti sit animi. Sed quia cum Iurisco. fulto, in l. cum prator, de iudicis. P. quod ita moribus optimis & receptum sit. Etiam vt Suidas ait fide publica receptus sit ille versiculus *γυναικὶ πῶς τις δὲ, μὴ δὲ ἀνδρῶν, id est, ne crede mulieri etiam moritura statim.* Nec iuramentum matris delatum vel relatum, partui proficit, nec nocet, si iuret ex aliquo prægnantem non esse, Vlpian. l. 3. §. penult. de iure iur. lib. 12. P. tit. 2. Quinimo peregre rediens, si inuenierit vxorem prægnantem, quæ ab alio conceperit, & non protestatus vel contestatus fuerit, antequam conueniret, eam non esse ex te prægnantem, certe partus nascitur illi suus, & cogitur partum agnoscere, vt filium, ex Senatusconsulto Pegasiano, *in l. 1. §. Iulianus, & seq. §. de lib. agnosce. l. b. 25. P. tit. 1. vel si interim prægnante vxore moriatur, si statim non fuerint contestati qui exclusio posthumo successuri erant, non audiuntur ex Carboniano edicto, idem in l. 3. §. quia Plantianum, eo.*

26 tit. 1. §. fin. de Carb. edict. lib. 37. tit. 1. §. si mater, eod. ¶ Fieri ¶ tamen non potest, quin magna suspicio partus adulterini non sit, si mater sibi conscia moriens professa fuerit, nulla causa excausens in odium mariti vel filiorum, sed poenitentia sceleris & iniuriz interrogata marito, ducta. Quanquam non solet filio præiudicium ideo in successione patris putari fieri: eademque suspicio maritorum, quod ex se non sint liberi geniti, si illi prudentes & prouidi sint, inter bonos & graues non exiguae fidei est.

27 ¶ Et ¶ proinde cum Agis rex Lacedæmoniorum Agesilai frater, filium Leotychedem reliquisset, quem ille viuis non agnouerat, etsi eundem suum moriens fuisse dixisset, in regno habuit successorem Agesilam fratrem, vt proximiorum, prælatum Leotychedi, vt spatio, vt narrat historiographi, *Plutarch. in Agide, Xenophon. lib. 3. rer. Græc. car. Emil. Probus, in vita Agesilai.*

Suspiciabatur autem natum Leotychedem Agis ab Alcibiade procreatum: Ideo Plutarchus in vita Agidis, eadem quæ Probus referens, addit, *Leotychedes, inquit, puer antea suspectus quidem erat Agidi, cum autem se ad pedes agrotantis patris abiiecisset,*

& multas lacrymas profudisset, persuasit ei, ut se multis præsentibus filium pronuntiare. Athenæus, lib. 17. cap. 13. quoque scribit, regis Agidis vxorem Timæam corruptam fuisse ab Alcibiade: verum Pausanias in Laconic. scribit Agidi, mali genii impulsu hoc ei in mentem venisse, vt adientibus Ephoris, diceret se non putare Leotychedem filium suum esse.

¶ Faceret ¶ pro filio postrema assertio paterna, etiam si antea 28 negasset filium, si pro legitimo habitus fuisset a vicinis, vel maiori parte eorum, etsi pater illum talem quoque nominasset: verumque enim requiritur, *cap. per vnas, cap. 10. & ibi gloss. & Felin. de probatio. lib. 2. docr. 11. 19. & ibi Panor. late hoc examinat Guil. Bened. in ver. quæ filium ex eo suscipiens, nu. 1. & sequi in 3. par. repet. ca. Rayn. Facit & assertio contentiens vtriusque parentis, quia negatur legitima proles contra filios, nisi aliunde doceri possit esse legitima: nam probatio præponitur illorum testimonio, c. transmissa, c. 3. & ibi Pan. & alii, qui fil. sint legit.*

¶ Illegitimi ¶ quoque censentur, qui nati sunt ex matrimonio 29 contracto prohibente publicæ honestatis iustitia, & citra ecclesiæ permissionem, vt nec tanquam legitimi succedant, si pater scierit impedimentum, *Celesti. in c. referente, c. 10. eod. alioquin si ignorantibus vtrisque parentibus impedimentum, vel altero illorum, accusatum non fuerit matrimonio, post eorum mortem proles non potest illegitima dici, c. peruenit sane, c. 11. eo. c. perlatum, §. c. ex tenore, c. 13. eod. tit. Quamuis hodie clandestina desponsatio in hoc impedimentum incidens alterutrius, hoc non operetur, nec ignorantia tunc excuset patris, quin proles sit illegitima, nisi reconciliatio accedat ecclesiæ & gratia, cap. cum in hibito, de clandest. desponsat. in c. referente, qui fil. sint legit. quia fraus præsumitur, eo quod clam factum sit, l. fin. de rit. nupt. Quod si matrimonium fuerit ignoranter in facie & ritibus ecclesiæ inuitum, & separatim postmodum, filii genitio pendente, legitimi habebuntur & fruuntur priuilegiis legitimorum, c. 2. & c. perlatum, qui filii sint legit. Illi etiam illegitimi, qui & incestuosi ex læguline coniunctis in gradu prohibito nati sunt: vt nefarii, qui ex descendibus & ascendibus fordistime iunctis oriuntur: de quorū prohibita, *auth. ex complexu, de natu. liber. §. fin. quib. mod. nas. effie. sui.* coniunctio in impedimentis diximus. Quæritur autem, num nati 7. mens. 10. 11. 12. 13. a morte maritorum legitimi sint & naturales: an vero in illis sit notherum suspicio. Et de primo sic Paulus Iurisco. respondit, *Septimo mense nasci perfectum partum iam receptum est, propter auctoritatem doctissimi viri Hippocratis, & ideo credendum est, eum qui ex iustis nuptiis septimo mense natus est, iustum filium esse. Paul. l. septimo mense, 12. de stat. homi. lib. 1. Gell. lib. 3. c. 16. Medici, inquit Gellius, & philosophi illustres de tempore humani partus quæsuerunt, πῶς ὁ τῆς τῶν ἀνδρῶν κήρους χρόνος: id est, quantum est hominis gestationis tempus. Et multa opinio est, eaque pro vero recepta, postquam mulieris uterus conceperit semen, gigni hominem septimo rarenter, nunquam octauo sepe nono, sæpenuero decimo mense: eumque esse gignendi hominem summum finem. Dixit rarenter septimo gigni, quia septimo mense non nisi pridie, postero ve plenilunij die, aut interlunio concepti, nascuntur secundum Plinium, *lib. 7. cap. 5. Qui & tradit, Plin. lib. 11. cap. 37. septimo mense genitis, sæpenuero foramina aurium & natium defuisse. Et Galenus, lib. de septim. partu. tradit in minori interuallo, quam sit anni dimidium, sepe menses partus vitales edi posse, negasse Hippocratem voluit. Explicat & Hippocratem Vlpianus, dum respondit secundum Hippocratis sententiam, Vlpian. l. 3. §. fin. de suis & legitim. hered. P. posse nasci 182. die partum, id est, media parte anni eaq; nec integra, si consideremus annum vulgarem constantem 365. diebus & quadrante, & bissextilis 366. perficitur, cum tamen bis 182. reddant 364. dies. Sic Galenus iterum ait, *d. lib. de sept. part. Nullus plane celerius notat parere 182. die cum dimidio, & quibusdam horis: vel post exactum quartum supra ducentisimum. Atque ego, inquit, vnã mulierem reperi, quæ centesimo & octuagesimo quarto die cõpleto pepererit. Porro post decem menses mortis patris natum, non admitti ad legitimam hereditatem, Vlpianus respondit, l. 3. §. fin. d. tit. de suis, & facit formula l. Gallus, de liber. & posthum. illegitimum eum arbitratus. At postea placuit, & in 10. 11. 12. & 13. mense legitimum nasci partum, vt supra docuimus, lib. 9. c. 26. num. 22. 23.****

De filiis legitimatis, seu de legitimatione nothorum. Cap. 4.

Nouell. quib. mod. nat. eff. leg. & sui & c. in Auth. col. 6. tit. 1. Quib. mod. nat. effie. sui, in Auth. coll. 7. tit. 1.

Qui fil. sint legitim. lib. 4. Decret. tit. 17.

- 1 Notbi interdum digni, qui eximantur a nota illegitimorum.
- 2 Illegitimi esse desinunt, dum sunt legitimi.
- 3 Legitimantur filii quatuor modis, Oblatione curie, Si pater legitimos diceret, Per rescriptum principis, Per subsequens matrimonium.
- 4 Adulterini & nefarii seu incestuosi filii, num legitimantur per subsequens matrimonium.
- 5 Legitimatio per rescriptum principis.
- 6 Filius spurius sacerdotis legitimari per rescriptum principis nequit.

1 Ceterum ¶ interdum ita proficiunt bonis moribus & eruditione liberi nothi, vel alius rebus, vt digni sint qui extimantur ab infami natiuitatis nota, sicut enim apud Euripidem, in *Androm. actus 3. vers. 90.* arguit exemplo Pelus,

ἔστι τις υἱὸς πτωχῶν, ποικίλεις δὲ τοῖς ἐπέσιν ἁδελφῶν γυνὴν ἔκκετο ἀρετῆς υἱὸν τε ποικίλιν γενέσθαι ἀεικλίαν, id est,

Licet nobis sit, certe se penumero Arida satio, fertile & pingue vincit solum, Multique spurii præstant legitimo.

- 2 ¶ Transeunt ¶ autem naturales illegitimi filii in legitimos suos, quando legitimi fiunt, dicunturque tunc legitimi.
- 3 ¶ Quod fiebat quadruplici medio, *gloss. in c. transmissa, qui filii sint legit. primum, per oblationem curie alicuius loci, si ipsi operas ipsi impendissent, vel illegitima curialibus nuberet. §. quod vero, quib. mod. nat. efficitur, §. fin. de nupt. apud Justinian. l. 3. de nat. lib. C. Secundo, si illegitimum naturalem pater vocasset legitimum, §. si vero is qui, quib. mod. nat. efficitur, §. ad hoc vt lic. mar. & auia in auth.* Si quando hodie tamen pater vocaret filium bastardum, filium legitimum & naturalem, dubium esse posset, num haberetur pro legitimo: & num ille succederet exemplo legitimorum. Et actus distinctione opus esse crediderim, vt, si pater dixerit matrem fuisse sibi desponsatam, cum affirmatione filios ab ea fuscepro, suos esse: tunc haberi illos pro legitimis per consequentiam matrimonii, si aliam vxorem non habuerit tunc cum genuit, aut si probatum, illam antequam etiam aliam duceret eum affidasse, vt dicunt, seu et si dem dedisse, *cap. per tuas, l. 2. qui fil. sint legit.* Nam promissio de futuro matrimonio sequente copula, facit matrimonium præiudicatum, contra quod non habeat locum probatio, *c. is qui fidem. de sponsali. cap. per tuas, 6. de condi. apposi.* Quod si sola sit assertio patris, quæcum dicat suum, quemadmodum nihil illa prodest ad firmandum quod non est matrimonium, ita nec ad legitimandum filium iuuabit. Quare, vt assertio patris nunc legitimum filium spurium faciat, cum his exigitur consensus vicinæ, vt cum filium pro legitimo reputauerit, *c. per tuas, & ibi gloss. & Fein. atque Pan. de probatio.* Solaque nominatio vel scriptura, non facit filios qui non sunt, *Dioclet. & Maxi. in Leon. epistolæ, l. 1. non nudis, l. 4. de proba. lib. 4. C. tit. 19.* & facti Imperator Gordianus pro hac sententia, *Gordianus, in l. si pater, 4. de hered. inst. lib. 6. C. tit. 23.* Luculentius Valerianus & Galienus CC. in l. neque professio, 5. de test. lib. 6. C. tit. 23. Neque professio, inquit, neque assertio nuncupantium filios qui non sunt, veritati præiudicat, &c. faciet tamen præsumtionem assertio vel negatio patris, vel matris, pro filio. Vel contra, donec contrarium probetur, *l. etiam matris, de prob. P.* Sed non præiudicat veritati, *l. fin. eod. tit.* Et videtur huius sententiæ assertor Alex. III. summus pontif. in *cap. transmissis, 3. qui fil. sint legit.* Videndus & pro hac questione, Guillel. Bened. *cap. Raynuius, ad verba, Que filium ex eo suscipiens, nu. 1. de testa. addenda & consideratio matrimonii, prout monui supra, c. 3. num. 25. & seq.* Tertio, per subsequens matrimonium, *l. diuisi Constantini, & l. cum quis, & l. nuper, de nat. lib. C. §. si de incestu nupt. coll. 2. in auth. c. 1. & c. tanta qui fil. sint legit. cum concubina, ex qua liberi suscepti, initium: nihil aliud affinitatis vel alterius causæ impedimentum subit. ¶ Quo fit, ¶ vt incestuosi & adulterini non possint per matrimonium matris eorum cum patre contrahere legitimum, quia lex huiusmodi coniugia abominatur, *l. Claudius, de his quib. ut indign. in P. c. cum haberet de eo qui duxit in matr. quam prius polluer. per adult. apud Gregor.* Quod tamen interpret glossator Ber. *gloss. in c. tanta, ad ver. aliam, qui fil. sint legit.* intelligendum censet, si ea, cum qua adulterium committitur, licet vxorem habere, non autem si ignorauerit. Cui certe adimplatur Innocentius tertius summus*

Pontifex. *Innoc. 3. in cap. ex tenore, cap. 14. eod.* De nefariis autem & incestuosis spuris, ne possint villo modo legitimari sequente matrimonio procul dubio est, eo quod, vt in impedimentis diximus, nullum possit in gradu prohibito recipi matrimonium iustum, si accusetur. Quod si liberi nati sint ex matrimonio contracto in gradu prohibito, distinctio alia, quæ proxime in illegitimis distinguendis annotata est, adhibenda: neque ea ad spurios legitimandos per subsequens matrimonium pertinet, sed est alterius inspectionis.

¶ Quarto, ¶ legitimantur per rescriptum principis, §. si quis vero non habens filias, & §. si igitur, quibus mod. nat. efficitur legit. §. illud qui. *mo. na. efficitur, coll. 7. in auth. c. per venerabilem, qui fil. sint legit.* Princeps enim qui in manu habet legum auctoritatem, cui leges interpretari & abrogare licet, *l. 1. §. fin. de legib. C.* & potest gratiam præceptorum legum facere. Placuit tamē 6. Calend. Aprilis 1562. Senatui Parisiensi, nullatenus regis codicillis sacerdotis filium, iure legitimorum donari posse.

¶ Idem ¶ plane decretum regia sententiâ in eodem Senatu prolata 15. Calend. Octobr. 1573. triduo post felicem Poloni Regis in vrbem ingressum, teste Rhenato Choppino, libro primo, de dominio regis, tit. 11.

De Filiis legitimis tantum. Cap. 5.

- 1 Legitimorum tantum filii, qui
- 2 Legitimorum tantum filiorum diuisio iure civili, in adoptatos, & arrogatos.
- 3 Patres & filii secundum legem alii, & alii secundum carnem.
- 4 Filiatio iure diuino secundum similitudinem generationis pluribus modis dicitur, creatione, operatione, consuetudine, principio, imitatione, doctrina seu eruditione, catechismo, beneuolentia honore, potestate, nutritione.
- 5 Filii dicti Dei, regeneratione Baptismatis, & qui a nobis in regeneratione suscipiuntur filii nostri iustitici, & ex confirmatione, & penitentia, spirituales filii.

Filii legitimi ¶ tantum illi dicuntur: qui a lege aliqua l. legitima, de pact. in P. in numerum filiorum naturalium probatorum iure rediguntur, & pro filiis habentur, etsi non sint: quando similitudo quædam cum naturalibus, vel æquale privilegium omnino vel ex parte datur. Quamobrem non natura, sed similitudine & participatione isti filii sunt. Et quia multiplex potest esse similitudo, sic & multiplex ea ratione filiorum appellatio iure diuino in sacris literis, & iure pontificio.

¶ Iure ¶ autem civili, adoptione & arrogatione tantum recepta, quæ & aliis iuribus cognita est.

¶ Sic ¶ patres alii sunt secundum legem, alii secundum carnem, 3 vt notat D. Hieronymus, in c. 1. *Matth.*

¶ Et ¶ breuiter sacra pagina a similitudine ortus, quem generatione a patre tribuimus, creationem nostram tribuit filiationi, vt dicitur pater noster, qui nos creauit, *Matth. 23. Malach. 1. & 2. Sap. 10. Esa. 62.* solet enim & scriptura sancta, id filium cuiusque rei vocare, quod ab eo factum seruatumque est, vt Deus, pater cæli & terre dicitur, *Matth. 11.* Sic filii Dei etiam Angeli mali, oratione dicti, *Job 1.* Et pater dicitur principium alicuius rei, vt pater habitantium in tentoriis, *Genesios 4.* Et Tibal pater centurionum cibaria, *eod. cap. 4. Genes.* Et a similitudine, quod filii vt plerumque imitantur substantiam & naturam parentum, filius quoque dicitur alicuius, quod naturam illius imitatur: ita filii hominum, pro hominibus, *Psal. 8. Fortes filii Deorum, Job 28. filii Belial celestis. Iudic. 19. & 20. 3. Reg. c. 21. 1. Reg. 2. 2. Paralip. 13.* A similitudine quoque participationis substantiæ paternæ, qui erudiuntur doctrina aliqua ab aliquibus seu præceptoribus, vel gradu aliquo donantur, filii eorum dicuntur. Sic sæpe Salomon quos erudit, in prouerbis & alibi, *Prouerb. c. 6. Ecclesiast. cap. 1. 2. 4. 21. 32. & c.* filios vocat, sæpeque illa voce, *filii mei*, vtitur. Sic filii prophetarum, eorum discipuli dicti sunt, *4. Reg. 4.* Et *1. Samuel. c. 10.* dicitur præceptor pater, *bi, Quis est pater eorum? Et filii sapientiæ in istorum, Eccles. 3.* Sic D. Paulus, ad *Gal. 4. filiioli, quos iterum parturio, donec in vobis formetur Christus.* Atque hac filiooli nominatione sæpe vtitur D. Ioannes, *1. Epist. c. 2. 3. 4. 5.* Sic iura pontificia monent, per instructionem ad fidem seu catechismum contrahi filiationem, & cognationem spiritualement, *c. contra d. c. 5. de cognat. spirit. lib. 4. Decreta. tit. 11. c. 2. eod. in G. lib. 4. c. 3. can. in catechismo, de consecrat. distinct. 4. cano. si quis vnus, 30. quæst. 4.*

¶ A ¶ paterna beneuolentia, quæ summa est, & dilecti summo pere quo-

perere quoque filii dicuntur. Sic Israelitæ peculiari Dei populus, filii Dei dicti, *Deuter. c. 1. 4. Esai. 1. Hierem. 31.* Ab honore, & senioribus obseruandi, ut patres, *1. Timoth. 5.* & a senioribus iuniores erudiendi, ut filii. Sic in *Genesi. c. 6.* filii Dei dicuntur illi qui inuocabant Dominum, & honorem & obsequium cultus diuini offerebant. Sic amplectentibus fidem Domini nostri Iesu Christi dedit Deus potestatem filios Dei fieri, qui non ex sanguinibus, nec ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt, *D. Ioan. euangel. c. 1.* Adoptioque hæc filiorum Dei, *ad Roman. c. 8. & 9. & ad Galat. 4. ad Ephes. 1. 1. D. Ioannes epist. c. 3.* Et ratione potestatis quæ in liberis est, filius interdum dicitur, id quod in alterius iure & potestate est indubie, ut *Filii mortis esis vos. 1. Reg. c. 2. 6.* id est, ad dicti mortis, vel ea digni. Ratione nutritionis, alumni filii, & quod nutriti pater vel mater: ut filii maris dicti ab *Osea cap. 11.* pisces. Ratione generationis, quia Deus & Dominus noster Iesus Christus per proprium sanguinem lauit nos a peccatis nostris, & eius applicatione per sacramentum lauacri Baptismi renouamur, *D. Ioan. Euangel. c. 3. D. Pau. ad Tit. 3. D. Petri 1. in nouum hominem, ad Ephes. 1. 1. & ad Colos. 3.* exuentes veterem: dicimur etiam filii Dei, si dem eius amplexi, & omnes fideles fratres in eodem patre Domino nostro Iesu Christo, renati ex aqua & spiritu sancto. Quo fit, ut illi quos ex sacro baptisinate suscipimus, quibus iustitiam sumus parentes, filii dicantur, & vulgo optime filio, vel iustitiam filii, cum enim ministerium illis hac in parte præbemus salutis & regenerationis, paterni nominis etiam efficiuntur participes, & nascitur cognatio spiritualis, *c. 1. de cogn. spirit. lib. 4. sec. Decreta. c. 3. & 10. tit. lib. 4. Decret. tit. 11.* Similiter & per sacramentum confirmationis, *c. 1. de confirmatione, eod. in 6. c. 1. 3. q. 1.* si quidem a primo pabulo sacri falis vsque ad confirmationem contrahitur, ut dicunt summi Pontifices, compaternitas, *Suidas in verbo innot.* Suidas adoptionem Christianam dicit, *ad Iulian. 3. fin. & can. omnes. 30. q. 1.* quando ex sacris fontibus suscipitur. Pari modo filius filiaue spiritualis dicitur is eade, quem quamve quis ex omolegisi vel sacramento penitentia sibi coniunxit.

De Adoptione & arrogatione. Cap. 6.

Lib. 1. Institutio, tit. 11. Lib. 1. P. tit. 7. Lib. 8. C. tit. 48.

- 1 Adoptio quid.
- 2 Filii sunt adoptione, non fratres, aut alii proximi.
- 3 Filii adoptati, prælati naturalibus.
- 4 Filiorum legitimorum seu adoptiuorum rationes, cur recepti. Filios cur relinquere nostra interest.
- 5 Adoptio duplex, Adoptio & Arrogatio, & quid commune habeant.
- 6 Adoptare mulieres sine gratia nequeunt.
- 7 Adoptare nequeunt, nisi qui generare possunt, & qui prohibeantur.
- 8 Adoptiui non sunt temporarii, sed perpetui.
- 9 Sexagenarius num adoptio liceat, & quare vetita.
- 10 Arrogatio quomodo fit. Arrogatio facta auctoritate principis, & rogatione populi, unde arrogatio dicta.
- 11 Arrogandi per populum forma.
- 12 Arrogandi causus collegium pontificum dispiciet, et.
- 13 Adoptio fiebat apud magistratum, penes quem esset legis actio.
- 14 Adoptio olim fiebat emancipationibus & manumissionibus præcedentibus, hodie minime.
- 15 Arrogatio impuberis, curatoris eius assensum desiderat.
- 16 Adoptio quadruplici modo fiebat per principem, per legem curiam, per prætorum seu magistratum, per testamentum.
- 17 Adoptare adoptariue qui possunt.
- 18 Adoptatorum Cesarum exempla.
- 19 Adoptare non potest, qui liberis propriis & naturales habet. Propterea aliter quare.
- 20 Adoptare minorem suum tutor vel curator non potest.
- 21 Adoptantur & filia apud Hebræos.
- 22 Arrogari nec arrogare potest femina, adoptari tamen: non autem adoptare potest iure Romano: aliter apud alios.
- 23 Adoptari vnus tantum potest, & qui adoptari possunt.
- 24 Adoptati presentia exiguntur, & quando voluntas.
- 25 Arrogatio & adoptio transferunt in potestatem adoptantis adoptatum & suos.
- 26 Ex inuoluntate quem dixere Græci.
- 27 Adoptatis alia indebantur nomina retentis vel parumper illis immutatis.
- 28 Perdicium iugacitas in dignoscendis maribus.

- 28 Adoptandi inter Longobardos ritus.
 - 29 Adoptio in Francia olim, & apud Hebræos & Græcos usurpata.
 - 30 Adoptati nunc in Gallia non succedunt, ut filii.
- Adoptiui, & alumni quomodo differant.

Actus legitimus adoptio dicitur, *l. actus legitimus, de regu. iur. l. 1.* per quam in alienam familiam, ut ait Modestinus, *l. 1. de adopt. lib. 1. P. tit. 7.* & Gellius, *lib. 5. cap. 19.* inque liberorum locum extranei sumuntur, idque, ut Theophilus testatur, *Theophil. libro primo, institut. de adopt. in solatium eorum qui liberes non habent.* ¶ Finguntur enim liberi tantum adoptione, non autem fratres, vel alterius proximitatis cognatio, testibus Diocletiano & Maximiano, *l. nec apud. de hered. instit. lib. 6. C. tit. 24.* Sic D. Ambrosius, *ad Silinium, Aut natura filios suscipimus, aut electione: in natura, casus est, in electione iudicium. Magisque sine consensu patris in adoptandis offendimus, quam in genitalibus filijs: quia genitalis filius esse, ad naturam refertur: in adoptione de decore esse non nisi errori adscribimus.* ¶ Et forsitan ea ratione quod præstantes tantum in filios adoptantur, adoptiuos præferendos esse naturalibus Hadrianus Cæsar per suam habuit, *Dio vel Xiphilini in Adria. atque Plinius iunior in Paneg. Traiana.* Sic Theodoticus rex Gothorum adoptans in filium regem Herulorum, inter cetera *lib. 4. epistol. Cassiod. varia. epist. 2.* scribit per arma posse fieri filium, grande inter gentes constat esse præconium: quia non est dignus adoptari, nisi qui fortissimus meretur agnosci: ignaui autem esse nesciunt quos iudicia pepererunt: ii enim gratiam non de natura, sed de solis meritis habent, quando animi vinculo obligantur extranei. Horum legitimorum tantum liberorum intuitu, & quando de naturalibus & legitimis ex matrimonio iusto conceptis agitur, qui ex matrimonio sunt, dicuntur naturales: illi legitimi adoptiui, *§. 1. de legi. agn. success. l. fin. de his qui sunt sui vel alien. iur. §. minimus, de hered. qua ab int. deser. l. adoptiuum §. de in ius voc. in P. l. si pater, 20. & l. non potest, 31. de adopt. in P. cum similib.*

¶ Adoptio duplex, & eadem, quibus habere intererit liberos naturales in suos, in quorum locum ii cooptantur: nempe ut habeamus successores certos, qui ideo nos obtulerunt & curam nostri habeant, ceterorumque infidias auertant, utque nomen familiae posteris superesset. Sic & Isocrates in fine ægine-tici sermonis, *Orat. 17. dignum est, inquit, legi succurrere, quia nobis filios adoptare licet, ac de nostris consultare rebus, reputantes apud nos, quod desertis nominibus, puerorum loco sit lex huiusmodi: propter hanc enim agnati, ac nullo se sanguinis gradu respicientes, magis inter se mutuo curantur.*

¶ Adoptio duplex, adoptio simpliciter, & arrogatio: adoptantur filii familiarum, arrogantur qui sui iuris sunt, *Modestinus. l. 1. de adopt. in P. §. 1. eod. ap. Iulianum.* Hoc utriusque commune, ut in potestatem eorum, a quibus adoptantur vel arrogantur, & in familiam transferant, *§. 1. de adopt. fianque sui: nisi hodie dentur in adoptionem extraneo ex constitutione Iustiniani, §. sed hodie de adopt. l. cum in adoptiuus. 10. eod. C. & in locum liberorum, quos suscipere possent, veniant.*

¶ Primum tamen, nempe potestatis causa, prohibet, ne mulieres adoptare possent iure communi, *§. femina. de adopt. apud Iustinian. l. 5. C. eod. l. nam & si femina, 21. eod. in P. l. si suspecta, 29. §. nec absens. de inoffic. testam. nisi ex gratia principis: quia in potestate liberos non haberent, §. ceteri, de hered. qual. & diff. apud Iustinian. d. §. femina. & l. 4. §. ad testamenta, de bon. poss. cont. tab. nec suos, Causus l. nullus, 13. de suis & leg. hered. P.*

¶ Alterum tamen vero verum, ne & viri quoque, quibus impossibile per rerum naturam ducitur suscipere liberos, adoptare possint, neve ad tempus fiat adoptio, ne filius sit temporalis, *Paul. l. si tibi filium, 3. 4. de adoptio. P. Naturam enim adoptio imitatur, §. minores. eod. l. si pater familias, 15. §. fin. & l. adoptiuorum, 16. eod. P. Quamobrem minor maiorem, vel æqualem sibi ætate non adoptat, §. minorem, de adopt. l. arrogato patre, 40. §. non tantum, eod. pro monstro enim, & impossibile est id natura. Pari modo qui vitio incurabili, seu morbo detinentur, ut sanari non contingat, quo in habeatur vxorem ducere & generare, nec adoptare quoque possunt, veluti castrati: qui autem generare quidem morbo non possunt, verum contingit aliquando eo morbo liberari, & saltem potentia habiles ad generationem esse possunt, ut & steriles & spadones, si idem & permittitur adoptio, *l. 2. §. illud. eod. P. l. arrogatio, §. fin. eod. §. sed & illud, eod. l. si ferua. §. si spadoni, de iur. dot. in P. Et qui vxores non habent, habere tamen possunt, si velint, *Paul. l. & qui vxores, 30. de adopt. in P.***

8 ¶ Sic ¶ de sexagenariis placuit, quorum ætas ad liberos procreandos lege Papia, vt antea diximus, in rationibus nuptia. inutilis habebatur. *l. penultim. Cod. de nupt.* Er Aristoteles, *libr. 7. Politico. capit. 16.* post quinquagesimum quintum aut circiter annum derelinquere debere dixit in aperto procreandi studio, ac de cetero vel sanitatis vel alterius huiusmodi causa concubitum facere videri. Sexagenariis itaque adoptandi liberos erat facultas: qui autem intra ætatem eam essent, non vtique adoptare licebat, sed illis inbebatur potius liberorum procreationi vacare, nisi forsitan mores vel valetudo prohiberet, vt ait Vlpia. *l. si pater familias, §. 5. in arrogationibus, de adoptio. in P. l. nec ei, §. 3. eod.* Sic Cicero pro domo sua. *Quod est, paterfamilias, in adoptionis? nempe, vt is adoptet, qui neque procreare iam liberos possit, & quum potuerit, sit expertus.* ¶ Arrogatio, id est, adoptio eorum qui sui iuris sunt, auctoritate tantum principali interueniente, iure ciuili fit, scilicet rescripto principis. *l. 2. §. l. arrogationes, §. eo. C. Caius l. 2. eod. P. §. adoptio, §. cum autem impubes, eod. tit. apud Iustin.* cum causæ inquisitione, num honesta ea vel turpis adoptandi occasio, *d. §. cum autem, l. nec ei, §. eorum, de adoptio. in P. l. 2. eod. C. eod. Gell. lib. 5. cap. 29.* et si de impubere arrogando agatur, adhibita sufficienti cautione, *l. Cur. l. non enim, §. 18. §. l. hac autem cautio, 20. l. his verbis, 19. de adoptio. d. §. cum autem.* de bonis restituendis, si impubes moretetur, iis quibus obuentura essent, si arrogatus non fuisset: vel eadem ipsi si eum emanciparet, item de non exheredando, *d. §. cum autem impubes, §. d. l. 2. C. eodem.* ¶ Et ¶ factam arrogationem per populum Gellius testatur, *libr. 5. c. 19.* & ideo arrogationem, quod per populi rogationem fieret, dictam, per hæc verba, *Velut, inbeatis, uti L. Valerius, L. Titio tam iure legeque filius fiet, quam si ex eo patre, matreque familias eius natus esset: utique ei vitæ necisque in eum potestas fiet: uti pariendo filio est: hoc ita, ut dixi, ita vos Quiritis rogo.*

11 ¶ Fiebat ¶ autem leg. Curia in comitiis arbitris pontificibus: collegium namque pontificum causas arrogandi dispiciebat, & approbabat, vel reprobabat, vt ex Cornelio Tacito *libr. 17.* apparet, dum de Galba adoptare volente Pisonem agit, & ex Cicerone pro domo sua, constat. Monebatur autem populus per trinundinum; de quibus futura essent comitia, vt innuit Cicero, contra Rullum, videndus Gracchus, *lib. 3. de comitiis Romano. cap. 1.* Scribit tamen Cornelius Tacitus, *libr. 17. anna.* quem alii dicunt primum historia Galbam, arrogasse Pisonem Licianum, in castris apud frequentem militum concionem, Imperatoria breuitate more diu Augusti & exemplo militari, quo vir virum legeret, ac si diceret talem se filium deligere, qui in periculis secum fortis obfisteret. Mos enim erat militum, cum pericula & discrimen vitæ pugnantibus subirent, singulos sibi notos milites legere, quos antea ex præclaris facinoribus satis perspectos putarent, vt est apud Livium *lib. 9.* ¶ Adoptio ¶ autem fiebat apud magistratum, penes quem esset legis actio, *l. 2. §. 4. de adoptio. in P. l. 1. C. eod. §. proxim. citat.*

13 *surib.* ¶ Adoptio ¶ præbatur more antiquo emancipationes tres, & duæ manumissiones, quæ postmodum sublatae sunt, & statutum sufficere pro adoptionis solemnitate adire competentem iudicem, & ex voluntate patris naturalis dantis in adoptionem, & accipientis, & adoptari fieri, *Justinia. in l. fin. C. eod. l. in adoptionibus, §. eod. P.* non autem agnatorum adoptati assensus exigitur, *Celsus l. cum adoptio, 7. de adoptio.* ¶ Si ¶ tamen in pubes vel minor in arrogationem le det, certe curatoris auctoritatem exigi, et si antea contractio iure feruaretur, placuit, *l. fin. de aucto. præst. C. Modest. l. quod nec curatoris, §. de adoptio. in P. §. 2. quib. mod. tut. finit.*

15 ¶ Ceterum ¶ & anguror, alio quoque modo apud Romanos factam fuisse adoptionem, quam per legem curiam, per præterrem, & magistratum: nempe per testamentum, si tamen verum sit, quod scribit Suetonius in Tyberio, *cap. 6.* fuisse testamento adoptatum a M. Gallio Senatorem. ¶ Adoptari ¶ possunt & adoptare, quibus specialiter non prohibetur, lege vel natura, *l. etiam et eius, 10. l. adoptio, 16. de adoptio. filii nepotes, extranei, Paul. l. cum nepos, 6. §. l. si quis filium, ut Vlpianus l. qui liberatus, 12. eod. P. §. §. tam filium, eod. apud Iustinia. & in locum filiotum, & in locum nepotum, Paul. l. adoptare, 37. §. Pompon. l. adoptiones, 43. Procul. l. si quis, de adoptio. Vlpian. l. si arrogator, 22. in fin. eod. titul. etiam si filios qui adoptat non habeat, *l. adoptare, 37. eo. §. licet, eod.**

17 ¶ Coccius ¶ Nerua Cæsar M. Vlpium Traianum adoptauit extraneum a se, moxque in curia Cæsa rem designauit, vt ait Xiphilinus ex Dione in Cocchio Nerua. S. e. Adrianus adoptatus a Traiano, Xiphilinus in Traiano, & E. ius Spart. in eodem. post mortem Nerua: Et Adrianus successorem sibi delegit Antoninum:

sed cum illi nulla virilis stirps fieret, Commodi filium adoptauit, adiuncto etiam M. Annio Vero, qui ante Catilius dicebatur, Xiphilinus Adrian. & Spart. in Vero. Denumque mortuo Vero Cæsarate, rursus adoptauit Adrianus Annum Antoninum, qui postea Pius dictus est, eadem lege, vt idem sibi duos adoptaret Annum Verum, & M. Antonium, teste Spartiano & Capitolino, Spart. in Adriano, & Iul. Capit. in Antoni. Pio. Iulius Cæsar adoptauit Octavianum ex Actia nepotem, cum liberos non haberet, eumque heredem imperii & fortunatum instituit, vt scribit Dio Cass. 44. & 45. histor.

¶ Qui ¶ liberos habet naturales & legitimos, non potest adoptare, *Vlpian. l. nec ei, §. 17. §. præterea, de adoptio. in P. l. 3. C. eod.* ne quis contentis suis alienos, vt curruca auis, educet: cum liberorum solatium hoc iure tantum ciuili resarciatur. Et si apud Vt opientes alia causa adoptandi sit: nam apud illos, qui aliam artem, quam paternam addiscere vellet, dabatur in adoptionem illius familie, qui artem illam appetitam exerceat, vt Thomas Morus, *lib. 2. Vt opia.* ¶ Vetus ¶ tutori & curatori adoptare suum minorem, 19. annis, ne rationes intercipiat, *Vlpian. d. l. nec ei.*

¶ Adoptant ¶ sibi & Hebræi filias, vt Mardocheus Hester filiam fratris sui, *Elter. c. 1.*

¶ Sed ¶ iure prohibetur, ne arrogetur forma, nisi per gratiam principis, ne arrogetur, *l. mulierem, C. de adoptio. l. nam & femina, 21. eod. in P. §. femina, eod. apud Iustin. adoptari tamen potest, Vlpian. in tit. ex corp. iur. titul. 8.* adoptare autem non iure Romano. Et si apud Aegyptios aliter receptum fuisse constat, exemplo filie Pharaonis, quæ adoptauit Moysen in filium, *Exod. c. 1.* hanc filiam nonnulli tradunt dictam fuisse Thermitum. Refert tamen Arianus, *lib. 1. de exp. Alex.* Adamam Carie reginam adoptasse Alexandrum Magnum, neque eum filii nomen aspernatum. Vt & Neapolitani regi regina post obitum fratris Ladislai, Iacobo Borbonio Marchi comiti nupta, diffidio cum marito orto, nec liberos habens Tarraconensium regem Alphonsum primum adoptauit: hocque abdicato, postea Ludouicum Andegauensem tertium Secundi filium, *Paulus Amil. lib. 10. histor. Francor. in Carolo 6.* Græci autem in hoc Romano similes, sic enim ait Iseus Græcus, *Μηδης δε ιδεις ειν επιπρωτη ανδρα ποτασ παρθερ ανθρωπινωσ αν ετ παρ ποσ υμωσ ησ ανθρωπινωσ ανδρα, id est, a matre nullus per adoptionem alienus esse potest, neque matrem habere potest, nisi propriam sine in gentilitate maneat, sine inde migrat.*

¶ Sed ¶ nec quis plures arrogare potest, nisi ex iusta causa, vt si diues valde: non libertum alienum, non maiorem minor, vt notat Vlpianus, *l. si paterfamilias, §. fin. de adoptio. Suum libertum potest, l. sciendum, de rit. nupt. l. fin. de sta. homin. & in seruitute a se genitum, ita tamen vt libertus non ingenuus fiat, l. final. de adoptio. in P. nisi natalibus restituerit, quod fieri solebat per principem, *Marc. l. de natal. restit. lib. 40. P. tit. 11.**

¶ Non ¶ potest vel arrogari absens, vel dissentiens, *Vlpian. l. neque absens, 24. §. l. post mortem, §. fin. de adoptio. Celsus l. in adoptionibus, §. eod. quauis in adoptione voluntas non admodum perpetuo exigatur, si adoptandus infans sit, Modest. l. etiam infansem, 43. de adoptio. Sicut Octavianus Cæsar, metuens in diu adoptauit Lucium statim natum, & Calum fratres, filios Agrippæ & lororis suæ, vt auctor Dio Cass. *lib. 54.* ¶ Natura ¶ arrogationis illa, vt quando quis adoptatur, non tantum in potestatem transeat adoptantis, *l. 12. de adoptio. P. §. 1. eod. apud Iustin. Vlpian. in titul. tit. 8. cap. 1.* sed & qui filii ei sunt, quosque in sua habet potestate, tanquam nepotes, *§. illud proprium, eo. l. si paterfamilias in prin. eo. in P. §. l. arrogato, 40. eo.* Siquidem qui non est suæ potestatis, alios in potestate sua habere non dicitur, *l. si eueniet, ad l. Iul. de adulter. in P.* Sic patet ex adoptio, adoptiu locum obtinet, *Iulian. l. ex adoptio, 17. de adoptio. in P.* Sic apud Cornelium Tacitum *lib. 17.* Galba apprehensa manu Pisonis in hunc modum locutus fertur, *Sic priuata lege curia apud pontifices, ut moris est, adoptarum, & mihi egrogium erat, in Pompei & M. Crassi subolo in penates meos adscribere.**

¶ Græci ¶ eum, qui omnino in alterius familiam transibat dixeret, teste Suida, *επιπρωτη, id est, a familia sua abalienatum, datum eis υποθετα.* ¶ Nam ¶ & institutum antiquum erat, vt adoptatus ab adoptante acciperet appellationem, nomen tamen eorum quæ prius gesserat aliquod aliter paulo formpatum gestaret, vt Octavianus antea adoptatus a Iulio Cæsar, dictus est Caius Iulius Cæsar Octavianus, teste Dione Cassio, *lib. 46. histor. Roman.* Neque enim per adoptionem dignitatem quis amittit pristinam, sed augetur, *l. per adoptionem, de adoptio. P.* non patria, non ius originis amittuntur, *leg. in adoptionem, in primo. Codic. eodem.* Arque

Arque iure codicis, in adoptionem extraneo datus, retinet iura patris naturalis. *l. cum in adoptis. C. de adopt. §. sed hodie, eod. apud Just.* & alia contingunt neque u. civilis ratio vel fictio, quod iuris sanguinis est, immutare potest, *l. iura sanguinis, de reg. ur. in P. l. ius agnationis, de pact. in P. l. eas, de cap. dim. §. si de iur. nat. c. i. sim. Quod*
 27 & † in brutis relucet, siquidem id verum est, quod Theodoricus Gothorum rex Symmacho scribens ait, *Cassiod. lib. 2. variar. epist.* Perdicibus hunc esse morem, oua perditia per alterius matris damna refarcire, ut adoptione alienæ sobolis, incommoda suæ reparent orbitatis: verum nati mox ubi fiduciam habere ceperint ambulandi, in campos exeuntes cum matre, ut fuerint materna voce commoiti, ouorum suorum genitricem potius petunt, quamuis ab alia fertilius fecibus educentur. † Inter † Langobardos seu Iustabres olim quoque adoptandi obtinuit mos, sed paulo diuerso ritu, quam Romanis esset, nempe detensione capilli facta adoptati per eum, qui adoptaret: ut planum fit ex verbis Pauli Diaconi *lib. 6. de gest. Langobard. cap. 15.* que huiusmodi sunt. *Circa hæc tempora Carolus Pipini filius Francorum rex. filium suum ad Luitprandum regem Langobardorum misit, ut eius iuxta morem capillum susciperet, qui ei casarium incidens effectus pater est, multisq. regis muneribus donatum genitor remisit.*
 29 † Neque † enim aliquando Franci ignorarunt usum adoptionis, tunc licet ex eo, quod Tritemius *lib. breuia. annal. Franc. in rege §. 2. referat,* quod Clodouei anno septimo Sigibertus rex Galliarum in Austrasia filius Dagoberti anno Domini 632. adoptauit Hildericum filium Grimaldi Maioris datus, in filium, & regni successorem. Hebrei quoque antiqui, & posteri adoptione vii sunt, ut legitur apud Iosephum *antiqu. cap. 15.* Abrahamum adoptasse sibi in filium, natum ex fratre suo Aaramo & germanum uxoris suæ Saræ. Apud Assyrios etiam adoptandi antiquissimum fuisse morem tradit Berossus, *lib. 5. de formatione eadem ferme apud Diodor. Sicul. lib. 4. Biblioth. loquens de tertio rege Babilo-*

nia Nino. Eadem tempestate Dionysius Hammonis filius, armis sumtis Regem & Camefenum regno paterno pellens, & secum Osirim retinens, in filiumque adoptans, cum a patre suo Hammonem Iouem cognominauit, ut a magistro Olympo Olympicum, eique totius Egypti regnum tradidit. Eodem anno virgo Pallas apud Tritonidem lacum infantula exposita, ab eodē Dionysio Ioue Lybico etiam cognominato adoptata in filiam fuit, quæ omnem militiam prima Lybicos decuit. Inter Grecos & receptam monet Plutarch. *in vit. Thes.* dum ait a Pandide Argem, ab Aegeo Theseum, vnde ei nomen, adoptatam. Et lex exitat Platonis, *lib. 9. de legibus.* ut qui plures liberos haberet, vno retento non habentibus alios in adoptionem daret. † In † Gallia tamen, inquit Mafuerius *in tit. de probation. §. item si defunctus.* filii adoptiui non succedunt adoptantibus, quod & firmat Guillelmus Benedictus *in repet. cap. Raynuius, in verb. §. uxor. nom. decis. §. num. 197.* Tiraquel. quoque *tract. de retract. gl. §. 1. qui & illis non competere ius retractus gentilitii tradit.* Quamuis ut extranei, si instituantur, possint succedere, non enim prohibitum est, *l. extraneum, de hered. instit. C. §. fin. cod. tit. apud Iustinianum.* extraneum heredem facere. Ceterum hodie non videntur iure hæc adoptionis, neque quod quis nutriet alienos liberos, erudiat, foueatque ut suos, ideo pater eorum vel illi filii dicuntur. Fuit enim & semper etiam tum, cum adoptio frequens, inter adoptatum & alumnum discrimen: si quidem adoptatum vel instituere vel exheredare, ut filium, necesse erat, & legitimam ex lege relinquere saltem, *l. arrogator, de adoptio. in Par. in alumno,* quantumuis quis promiserit, ut filium habere, id ipsum non est necessarium, *l. si quis cum filium, de verborum obligat. in P.* Neque inhibite sunt nuptiæ, cum alumna, *l. si quis alumnam suam, 26. de nuptis, lib. 5. C. tit. 4. §. eadem, quib. manum. non lic.* cum tamen cum adoptiua filia prohiberentur, *§. hæc adeo, de nupt. apud Iustinianum.*

DE PERSONIS SVI VEL ALIENI IVRIS, LIBER. XI.

De libertate & seruitute in genere.

CAP. I.

- 1 Continuatio libri, & quod
Vnum genus hominum omnium natura.
- 2 Hominum diuisio in liberos, seruos, ingenios, libertinos, & qui.
- 3 Libertas quid.
- 4 Seruus duplex, corporis & animi.
- 5 Vis cogit, & errare licet.
- 6 Vis quid.
- 7 Captos occidere licet, sed humanus actum, vitam conseruando eisdem.
- 8 Seruus quomodo iuris & iuris gentium sit, eod.
- 9 Seruus quomodo contra naturam, sed non contra ius naturale.
- 10 Ius naturale quomodo dicendum immutabile.
- 11 Ius civile, & naturale esse, & quomodo.
- 12 Seruus iuris gentium, & iuris civilis quomodo.
- 13 Serui sunt, & nascuntur.
- 14 Seruus impius, qui se ob pretium venundari passus est.
- 15 Seruituti mori preponenda, & exempla eorum, qui mori elegerunt, potius quam seruire.
- 16 Libertas inasistibilis res, nihilque infelicitis seruitute.
- 17 Ius dominandi in seruos quibus rationibus probet Aristoteles.
- 18 Seruus & liberi quidam natura, quidam civili iure: & vile seruire aliquibus.
- 19 Libertatis statum non est iure prohibitum.
- 20 Libertas vera, obedire bene præcipientibus, & legibus, eodem.
- 21 Dominatio & seruitus, in liberis personis potestas dicitur.
- 22 Breuis narratio tractandorum.



UPERIORIBVS † libris personas, veluti nascentes, & ex prima origine, satis distingui admonimus: nunc postulat ordo, ut eadem veluti natas, per accidentia, quæ extrinsecus accidunt, perpendamus: ex quibus status illarum naturalis iure gentium, vel civili, vel imminuitur vel impeditur. Itaque omnium hominum vna & eadem nascendi & moriendi conditio naturalis: *Sapient. 9.* ratione quoque status naturalis, vnum & idem erit genus, quod aliud nomen ab initio præcipuum nõ habebat. † Quando † autem cepit ille status subici, ceperunt distingui etiam ex accidente illo, aliis nominibus homines generaliter: nempe, ut qui statu suo pro nutu ut non possent, dicerentur serui: qui vero non fuerunt de sua dignitate delecti, liberi. Sic apparuit libertas ut naturalis, quia prior & antiquior, eo quod ipsi repugnare cepit: & quia quidam dehinc ex seruitute restituti sunt in libertatem, quidam autem nunquam seruerunt, facta sunt tria genera hominum, & totidem generales appellationes: aliique ingenii dicti, qui nunquam seruerunt, nec eorum parentes: alii serui, qui seruiunt alii liberi, id est, liberati, relati ad patronos: vel ad ingenios libertini, quibus oppressa per seruitutem libertas, restituta est, *Ulpianus in l. manumissiones, l. de instit. & iur. lib. 1. P. tit. 1. §. ius autem gentium de iur. nat. apud Iustinianum, lib. 1. §. 1. de libe. n. §. 1. de iur. person. Martian. in l. & seruorum, §. de stat. homin. libr. 1. P. tit. 5.* Verum libertatis nota & macula quædam inter ingenios remanet, utpote ob receptum beneficium, illis a quo acceperint, nempe patronis & eorum successoribus valde deuinctis, ut Horatius de se dixerit ideo, *lib. 3. serm. Satyr. 6.*

Quem rodunt omnes liberino patre natum.

Cognoscimus autem ex finitione libertatis, & ex eius substantia, seruitutis & libertorum conditionem, & qualis sit.

† Concipitur † porro illa a Florentino Iuriconsulto, *l. libertas, de statu homin. libro primo, P. tit. 5.* & in iuris civilis institutionibus §. libertas, de iur. person. his verbis: *Libertas est naturalis*